 ✠ benedicebat, ✠ sanctificabat ✠ et dabat discipulis suis  
 et apostolis sanctis dicens : « Accipite, bibite ex eo omnes  
 vos. Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis  
 5 et multis effunditur et dividitur in remissionem peccatorum  
 et in vitam aeternam ». *Amen.*

« Hoc quidem facite in meam memoriam. Quotiescunque  
 ex hoc pane comeditis et ex hoc calice bibitis, mortem meam  
 annuntiatis et resurrectionem meam confitemini, donec ve-  
 10 niam ». *Mortem tuam*<sup>1</sup>.

Hac igitur in re salutiferum praeceptum tuum adducen-  
 tes et omnium memoriam facimus, quae pro nobis et pro-  
 pter nos facta sunt, incarnationis tuae ex virgine et con-  
 ceptionis et temporalis nativitatis, recubitus in praesepio,  
 15 qui solutionem irrationalitatis nostrae significat, circum-  
 cisionis octava die factae, descensus in aquas seu baptismi  
 tui, quo nos extracturus es, quominus in undis peccatorum  
 demergamur, salutiferae crucifixionis tuae et transfixionis  
 lateris tui, quae nobis hoc mysterium emit, sepulturae et  
 20 resurrectionis tertia die factae, ascensionis tuae in coelum  
 et alterius deinde tui adventus tremendi et gloriosi, quando  
 vivos et mortuos iudicas et unicuique secundum opera sua  
 retribuis, et obsecramus te, amator hominum : ne nobiscum  
 in iudicium intraveris neve debilis naturae nostrae lapsus  
 25 in memoriam revocaveris, quibus inimicus nos tamquam il-  
 lecebra decepit. Ne ultra fallaci venatori, qui, dum aggre-  
 ditur, se inclinatur, illud contingat, ut nos venetur aut in parte  
 sua nos constituat aut socios immortalis cruciatus sui nos ex-

<sup>1</sup> Das Volk spricht: *Mortem tuam, domine, annuntiamus et resurrectionem tuam confitemur* (L. I. Τὸν θάνατόν σου, κύριε, καταγγέλλομεν καὶ τὴν ἀνάστασίν σου ὁμολογοῦμεν).







hibeat. Non est, qui coram te iustificatus sit aut se puro corde esse gloriatur. Ideo misericordia tua nobis subveniat et clementiam pro bonitate tua inveniamus, ut pro his . . . . . cum ecclesia tua poenitentiam agat et grex tuus tibi supplicet et per te et cum te Patri tuo dicens :

*Populus*: Miserere nostri<sup>1</sup>.

*Sacerdos inclinatus (dicit) invocationem Spiritus sancti*: Miserere nostri Deus Pater omnipotens et mitte nobis Spiritum sanctum et vivificantem perfectum omnino et tibi Filioque tuo unigenito consubstantiali, qui omnibus dona dispertit et unicuique, prout vult, assignat et dat, qui omnibus prope adest neque ullo loco circumscibitur, qui viventibus rector vitae exstitit et sanctos reddit perfectos, — hunc mitte nobis, domine, et per nos peccatores ad haec  
 15 mysteria coram te (posita) pertingat<sup>2</sup> non administrative, sed proprie, non typice, sed perfecte.

*Oratio*: Exaudi me<sup>3</sup>. — *Kyrie eleison*. Kyrie eleison. Kyrie eleison.

*Sacerdos*: Et hunc panem faciat ✠ corpus unigeniti  
 20 Filii tui, ✠ corpus praeparans remissionem peccatorum nostrorum, ✠ corpus praestans incorruptibilitatem futuram in saecula saeculorum. *Amen*.

<sup>1</sup> *Miserere nostri, domine Deus Pater omnipotens*. (L. I. Ἐλέησον ἡμᾶς, κύριε ὁ θεός, ὁ πατήρ ὁ παντοκράτωρ). Die in den übrigen syrischen Anaphoren zunächst folgenden ständigen Gebetsstücke, in der griechischen L. I. noch fehlende Nachbildungen zu byzantinischem Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν u. s. w. Σὲ ὑμνοῦμεν u. s. w., hat der Verfasser unserer Anaphora wenigstens vielleicht nicht gekannt.

<sup>2</sup> Die merkwürdige Bitte um das Berührtwerden der allerheiligsten Gaben durch den hl. Geist (ἄψασθαι τῶν προκειμένων) bezeugt für die altantiochenische Liturgie Chrysost. *hom. de coem. et cruce* (Bd. II 401). Vgl. zu dem Gedanken auch das der durch Goeller *Or. Chr.* I 276–287 publicierten jakobitischen « vita » des Nestorios zugrunde liegende Misverständnis der Peristera.

<sup>3</sup> *Exaudi me domine, exaudi me domine, exaudi me domine et parce, bone, et miserere mei*.







Et hunc calicem faciat nobis ✠ [calicem] remissionis peccatorum, ✠ calicem communionis adoptionis, ✠ calicem arrhabonis haereditatis futurae in saecula saeculorum.  
*Amen.*

5 Digni hoc mysterio adducendo habiti visuque intelligentiae nostrae per cognitionem veritatis illuminato magnitudinis auxiliorum nobis praestitorum non obliviscimus, sed, cum nunc quoque per speculum et (obscuram quandam) significationem (ea, quae per) conversationem (Christi) pro nobis  
10 (facta sunt,) repraesentemus, quaeque perfectiora sunt et manifestiora, credamus fore, ut nobis magna illa die revelationis contingant, quantum valemus et possumus, confessionem (gratiarum actionis) tibi pro omnibus et super omnia offerentes, rogamus te, ut hoc corpus tuum, quo tu incorp  
15 poralis propter nos incarnatus es, et hic sanguis, qui pro nobis in honorabili cruce ad salvationem nostram effusus est, omnibus, qui inde communicaverint, proficiat ad vitam aeternam, ad haereditatem animae, ad pulchram salutem corporis, ad remissionem peccatorum, ad communionem ado  
20 ptionis, ad illuminationem Spiritus Sancti, ad facultatem liberius tecum et sine pudore loquendi, cum nemini sumentium ad inquisitionem aut ad culpam proficiat sive nunc sive die futuro.

Deinde vero preces tibi offerimus hoc tempore, quo sanctae huius hostiae oblatio perficitur et liberius loquendi facultatem nobis concedis<sup>1</sup>, pro ecclesia tua catholica, quae a terminis usque ad terminos terrae (extenditur). Obsecramus te, ut inconcussa et incorrupta conservetur ita, ut ve-

<sup>1</sup> Durch einen Hinweis auf die im Augenblicke des eucharistischen Opfers der Gemeinde zustehende *παρηγορία* scheint das Fürbittengebet auch in der antiochenischen Liturgie eingeleitet worden zu sein. Vgl. Chrysost. *in I Cor. hom. 41* (Bd. X 363): διὰ τοῦτο θαρροῦντες ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης δεόμεθα. Der Ausdruck kommt bekanntlich mit Bezug auf dieses Gebet schon in der klassischen Stelle des Apologeten Justinus vor.







ctes inferni eam non superent <sup>1</sup>. Eo quod super te, petram spiritualem fundata et aedificata est, exultando te collaudet nunc et semper.

*Inclinatio*: Pro episcopis orthodoxis, ubicunque fuerint, qui recte verbum veritatis distribuunt <sup>2</sup>, et pro bono eorum statu, praecipue vero pro ministris tuis NN. et NN. patriarchis cum ceteris episcopis omnibus rectam fidem amplectentibus et pro eis, qui pro fide persecutionem patiuntur, ubicunque fuerint, presbyteris, diaconis, subdiaconis et  
<sup>10</sup> omni ordine, qui in universitate ecclesiastica constitutus est, ut tu domine, quique omnium curam agis, unumquemque, in eo ad quem vocatus est, statu conservans. . . .  
 Et paupertatis nostrae quoque peccatorum memento <sup>3</sup>, domine, cum misericordia et clementia neve nos perdideris propter contumaciam nostram, sed bonitatem tuam nobis  
<sup>15</sup> ostende et salva nos quamvis indignos; pro misericordia tua corrobora (nos), ut te collaudemus et turpibus cogitationibus fugatis dignos nos redde, qui corporibus sanctificati et spiritibus mundati divitias huius spiritualis collaudationis  
<sup>20</sup> intelligamus et semper digne haec sancta mysteria attingamus. Coetus vero ecclesiae tuae per bonitatem tuam multiplicetur, quam liberavisti et acquisivisti pretioso sanguine tuo <sup>4</sup>, ut tamquam unum corpus articulis compactum

<sup>1</sup> Vgl. A. K. VII: "Ἐπι δεόμεθά σου, κύριε, καὶ ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων. . . ὅπως αὐτὴν διχυρῶσθης ἄσειστον καὶ ἀκλυδώνιστον. Das Citat von Matth. 16 § 18 fehlt hier allerdings, während es in der im übrigen jedoch durchaus abweichenden L. I. sich findet: εἰς στηριγμὸν τῆς ἁγίας σου καθολικῆς ἐκκλησίας, ἣν ἐθεμελίωσας ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς πίστεως, ἵνα ὕλοι ἄδου μὴ κατασχῶσιν αὐτῆς.

<sup>2</sup> Vgl. A. K. VIII: ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς τῆς ὀρθοτομούσης τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, worüber einmal L. I. durch den Zusatz ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένη noch hinausgeht.

<sup>3</sup> Vgl. A. K. VIII: "Ἐπι πρᾶκτοῦ σου ἐπὶ τῆς ἐμῆς τοῦ προσφέροντος οὐδενίας, eine Fürbitte die hier lediglich zwischen denjenigen für alle Bischöfe und die übrigen Stufen der Hierarchie statt nach beiden ihre Stelle hat.

<sup>4</sup> Genau entsprechend heisst in A. K. VIII die Kirche ἣν περιποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου bei ihrer ersten Erwähnung an der Spitze der Fürbittenreihe.







per bonitatem tuam tibi, infinito capiti, adhaereamus neque quisquam nostrum pereat, sed omnes, qui tuis manibus liberati sumus, tam pastores quam pascentes immaculati coram te consistamus.

5 *Oratio*: Precamur te, amator hominum, et obsecramus misericordiam tuam, domine, ut errantes reducas; sedentes in tenebris ignorantiae ad lucem cognitionis voca et adduc; lapsos erige; separatos aduna; stantes confirma; aegrotos sana; pusillanimes consolare; navigantes per mare gubernas; spiritibus malis vexatos libera, cum pro tua bonitate necessitatibus oppressis sis liberator, persecutionem patientibus adiutor, in vincula coniectis vindex libertatis, in acerba servitute degentibus conservator, quia omnibus prope ades, domine, omnesque curas, bone<sup>1</sup>. Eo, quod omnia, quae ex-  
15 stant, eo, ut essent et viverent, a te adducebantur, cui omnia curae sunt et omnium misereris, et vita omnium nostrum tua scientia determinas, omnia regis et dirigis, corporibus et animabus servorum tuorum pulchrum statum et haereditatem Verbi (?) dona et confirma. Da nobis vero,  
20 domine, et aërum pulchrum temperamentum<sup>2</sup>, abundantiam mansuetam temporum et horarum, plenitudinem eorum, quae in terra sunt, et omnis generis fructus. Ea, quae nutu tuo omnia continente donavisti, ne propter peccata nostra corruperis, sed cum et propter malos et pauperes et peregrinos  
25 tibi benedicatur, coronam totius anni decora et adorna, ut ob omnia et propter omnia adorandum nomen tuum collaudetur et exaltetur cum (nomine) unigeniti Filii tui et Spiritus tui sancti, boni.

<sup>1</sup> Die Fürbitte für alle Bedrängten und Leidenden bringt A. K. VIII in anderem Zusammenhange und ungleich einfacher und kürzer. Immerhin fehlt es auch hier nicht an einzelnen beinahe wörtlichen Anklängen wie ὑπὲρ τῶν . . . πεπλανημένων, ὅπως ἐπιστρέψῃς αὐτούς u. s. w., ὑπὲρ τῶν ἐν πικρῇ δουλείᾳ oder endlich πάντων βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ.

<sup>2</sup> Genaue Wiedergabe von A. K. VIII: ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τοῦ ἀέρος.



5  
 10  
 15  
 20

<sup>1</sup> Die Bezeichnung dieses Stückes als « oratio » ist, schon weil der allen « orationes » eigene doxologische Schluss fehlt, offenbar falsch und beruht darauf, dass es wie das zugehörige folgende aus dem Rahmen des in den Descendenten von L. I. üblichen Schemas herausfällt. Es handelt sich hier um ein dort in dieser Weise sich nicht findendes ausführliches Gebet für diejenigen, welche « geopfert » haben (« *vel qui tibi offerunt* » der römischen Messe), für das indessen der Ansatz in allen älteren orientalischen Liturgien gegeben ist.



*Inclinatio:* Memento domine regum et principum eosque ad timorem tui et ad fidem sanam et orthodoxam reduce et da eis, ut subditos suos cum iustitia regant et iudicium suum partium studio vacuum conservent. Subice illis omnes  
 5 inimicos et hostes, ut nos vitam quietam et tranquillam degamus<sup>1</sup>, et omni populo tuo, ubicunque fuerit, protector esto, domine, nunc et semper et in saecula.

*Oratio:* Libera nos omnes ab omni fame et peste et motu terrae et incendio et inundatione et persecutione et  
 10 a certaminibus bellorum et tumultibus et perturbationibus et in capite populorum constitue ecclesiam tuam sanctam et omnes nomini tuo tremendo et sancto subice dans nobis scientiam, ut te timeamus et faciem tuam vereamur, et omnium (opera) pulchra operantium et fructus ecclesiae tuae  
 15 sanctae adducentium et eleemosynas pauperibus facientium<sup>2</sup>, sive vivunt, sive praecesserunt obdormientes, memento domine, ut te collaudent et unigenitum Filium tuum et Spiritum tuum sanctum.

*Oratio:* Et redde eis laetitiam vultus tui. Omnium,  
 20 qui nobis imperaverunt, ut ipsorum in orationibus et precationibus et supplicationibus nostris ad te recordaremur, Deus noster, hac hora memento et unicuique, quae sibi salutaria petiverit, largire, et eis, qui has oblationes obtulerunt tam pro eis, qui volebant (offerre) neque vero poterant, quam  
 25 pro eis, quos quisque in mente habuerit, et eis, quorum nunc diaconus memoriam facit.

<sup>1</sup> Vgl. A. K. VIII: ἵνα εἰρηνεύονται τὰ πρὸς ἡμᾶς, ὅπως ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ διάγοντες u. s. w. Aehnlich betet für « die Könige » die byzantinische Chrysostomosliturgie: Δὸς αὐτοῖς, κύριε, εἰρηνικὸν τὸ βασίλειον, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ γαλήνῃ αὐτῶν ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν.

<sup>2</sup> Die denkbar nächste Parallele bietet die byzantinische Chrysostomosliturgie in den Worten: Μνήσθητι, κύριε, τῶν καρποφορούντων καὶ καλλιτεργούντων ἐν ταῖς ἀγίαις σου ἐκκλησίαις καὶ μεμνημένων τῶν πενήτων, die übrigens in L. I. wiederkehren.



אלהא . מכלא חזינא מהוּכחא וְחַבְרָא וּמְדַבְרָא אִתְמַסָּא חֲסִיעָא  
 סַעְבִּיָּא דְהוּא לְהַבְרָא וְעַתְקָא וְעַפְזִיָּא דְהוּא חֲסִיעָא וּמְדַבְרָא דְבִּי חֲסִיעָא  
 אִתְמַסָּא דְחַבְרָא לְקַא סְחַפְתָּא וְפִרְסָא . סַעְפְּסָא אִתְמַסָּא חֲסִיעָא וְהוּא  
 סַעְפְּסָא וְהוּא מְעַפְּסָא לְאִרְסָא עַבְסָא . אִתְמַסָּא וְעַפְּסָא וְעַבְסָא סַעְפְּסָא וְהוּא  
 חֲסִיעָא חֲסִיעָא וְהוּא . חֲסִיעָא וְהוּא וְהוּא . חֲסִיעָא וְהוּא  
 חֲסִיעָא חֲסִיעָא אִתְמַסָּא . סַעְפְּסָא חֲסִיעָא סַעְפְּסָא וְחַבְרָא  
 סַעְפְּסָא פִּלָּא עַתָּה סַעְפְּסָא . אִתְמַסָּא חֲסִיעָא סַעְפְּסָא וְהוּא \*  
 אִתְמַסָּא . סַעְפְּסָא חֲסִיעָא חֲסִיעָא אִתְמַסָּא סַעְפְּסָא וְהוּא  
 לְקַא וְסַעְפְּסָא אִתְמַסָּא (142 10) אִתְמַסָּא וְהוּא וְהוּא וְהוּא  
 חֲסִיעָא אִתְמַסָּא וְהוּא . חֲסִיעָא חֲסִיעָא אִתְמַסָּא : פִּרְסָא  
 חֲסִיעָא וְעַפְּזִיָּא סַעְפְּסָא סַעְפְּסָא וְהוּא . חֲסִיעָא וְעַפְּזִיָּא  
 סַעְפְּסָא וְהוּא . סַעְפְּסָא חֲסִיעָא חֲסִיעָא וְהוּא חֲסִיעָא חֲסִיעָא .  
 חֲסִיעָא אִתְמַסָּא וְהוּא וְהוּא חֲסִיעָא חֲסִיעָא וְחַבְרָא חֲסִיעָא \*<sup>1</sup>  
 אִתְמַסָּא .<sup>2</sup> חֲסִיעָא וְהוּא אִתְמַסָּא וְהוּא : חֲסִיעָא  
 וְהוּא וְהוּא . חֲסִיעָא חֲסִיעָא חֲסִיעָא חֲסִיעָא וְהוּא וְהוּא  
 חֲסִיעָא וְהוּא : חֲסִיעָא חֲסִיעָא וְהוּא . אִתְמַסָּא חֲסִיעָא  
 חֲסִיעָא וְהוּא וְהוּא חֲסִיעָא . אִתְמַסָּא חֲסִיעָא חֲסִיעָא וְהוּא

<sup>1</sup> Es fehlt die der « inclinatio » entsprechende « oratio ». Dieselbe enthielt wahrscheinlich das Flehen um günstige Witterung, um Gedeihen der Feldfrüchte u. s. w. Auch dieser hier zu einem selbständigen Gebete ausgeprägt zu finden, dürfte neben dem vorhergehenden Gebetspaare nicht in Erstaunen setzen.

<sup>2</sup> « Inclinatio » und « oratio » sind in dem hier beginnenden Gebetspaare umgestellt. Die jetzt nachgestellte « inclinatio » in sich grammatisch unverständlich wie der Anfang der gegenwärtig voraufgehenden « oratio » enthält sprachlich wie sachlich das Einleitungstück eines ursprünglich einheitlichen Gebetes (« Der heiligen Archegeten des Glaubens gedenken wir bei diesem Opfer, nicht als ob » u. s. w.), das höchst äusserlich in einen leise und einen laut zu sprechenden Teil auseinandergerissen wurde.



*Oratio:* Suscipe, domine, oblationes servorum tuorum velut odorem iucundum et demitte eis pulchrorum tuorum donorum munerum gratiam conservans eos in (perficiendis) operibus bonis et operationibus iustitiae et corroborans in  
5 conservatione et confessione fidei orthodoxae, ut misericordiam et promptum auxilium in die iudicii pro tua clementia et bonitate inveniant, quia Deus dives donis es et muneribus abundans et dator bonorum teque decet gloria et honor Pater et Fili et Spiritus sancte nunc.

10 *Inclinatio:* Esto, domine, athleta constans pro eis et protector bonus, amator hominum, et virtutem eorum, qui potestati tuae resistunt, everte, dispersiens nobis omnibus partem donorum pulchri status et tranquillitatis tuae et omnia  
15 illa pro immensa misericordia tua largire neque non ea, quae nobis prodesse numini scientiae tuae constat.

*Oratio:* Non tamquam si collaudatione nostra turma sanctorum tuorum, apostolorum et prophetarum et martyrum et reliquorum primogenitorum, qui scripti sunt in libro tuo vitae, egeat, recordamur super hac hostia, sed propter  
20 auxilium nobis ex orationibus eorum futurum, ut, cum coram throno maiestatis tuae adstent remunerationem compen-







sationum exspectantes, qui divisis coronis plus efficiunt (?),  
praesidium eorum simul nobis (pro)sit. Digni fiamus, qui  
inculpabiliter tibi ministremus et coram sancto altari tuo  
stemus, cum illorum supplicationes pro nostra vilitate et  
5 pro omni populo tuo suscipias amator hominum, domine.  
Ne averteris vultum tuum a nobis, quod coram gloria tua  
peccavimus, neve iratus recesseris ab operibus tuis fiatque  
(eis), ut initio erat (?), sed denuo etiam nunc Israëlem elige  
et faciem clementiae tuae super nos et super omnem hae-  
10 reditatem tuam illumina, quia Deus salvationis nostrae es  
teque decet gloria et honor cum unigenito.

*Inclinatio:* Rectorum sapientium et sacerdotum myste-  
riorum divinorum, qui in ecclesia tua sancta collaudationem  
multi decoris regni tui loquebantur et fundamenta fidei scien-  
15 tiam omnis pulchri timoris et doctrinae sanae aedificaverunt.

*Oratio:* Suscipe, domine, denuo etiam nunc summorum  
sacerdotum tuorum sedulas pro populo tuo orationes et do-  
ctrina non artificiosa gregem tuum replens talem illum  
exhibe, qui per insidias et venationes haereticas non capia-  
20 tur, neve permiseris eum a callido errore pravorum dog-  
matum superari, quia Deus volens misericordiam es teque  
decet gloria et honor.







*Inclinatio*: Memento domine presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum, lectorum, psaltarum, exorcistarum, interpretum, ascetarum, humilium, viduarum<sup>1</sup>, orphanorum, saecularium, qui in humili communione constituuntur (?), et  
5 omnium, qui in Christo obdormientes praecesserunt.

*Oratio*: Ad te omnis caro veniet, amator hominum, domine, qui faciem terrae contines, a quo etiam illud provenit, ut fieret. Tu igitur, qui opera manuum tuarum cognita habes, recordatus nos pulverem esse et naturam ad  
10 crimina propensam, ne nobiscum in iudicium intraveris neve eum, qui erravit, simul cum illo, qui in errorem adduxit, damnaveris. Neque enim quisquam est super terram, qui gloriatur se cor suum immaculatum esse conservaturum aut  
15 noster et Deus noster Iesus Christus Filius tuus, per quem nos quoque speramus misericordiam et remissionem peccatorum inventuros esse, propter quem etiam nobis et illis<sup>2</sup>.

*Populus*: *Subleva*<sup>3</sup>.

Subleva, relaxa, remitte, Deus, stulta quae fecimus tam  
20 sponte quam inviti, tam cum scientia quam cum ignorantia, loquendo, operibus, cogitationibus, occulta, aperta, praeterita, praesentia, futura, quae nomen tuum sanctum

<sup>1</sup> Vgl. A. K. VIII: Ἐπι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ . . . πρεσβυτέρων, διακόνων, ὑποδιακόνων, ἀναγνώστῶν, ψαλτῶν, παρθένων, χηρῶν, eine Aufzählung, zu welcher L. I. in der Fürbitte für die Verstorbenen keine Parallele aufweist.

<sup>2</sup> Dieser Abschluss des Fürbittengebetes ist genau der von der syrischen L. I. auf alle syrisch-monophysitischen Anaphoren Uebergegangene, in dem nur der Wortausdruck für die Sündenlosigkeit Christi mässig variiert.

<sup>3</sup> Das Volk spricht die syrische Uebersetzung des für L. I. und das gesamte palästinensische Schema der Liturgie gemeinsam charakteristischen Gebetes um Sündenvergebung: Ἄνεε, ἄφεε συγχώρησον, ὁ θεὸς, τὰ παραπτώματα ἡμῶν, τὰ ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια, τὰ ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, τὰ ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ, τὰ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, τὰ κατὰ νοῦν καὶ διάνοιαν· τὰ πάντα ἡμῖν συγχώρησον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλόνητος.







cognovit. Nobis vero, qui etiam nunc in hoc mundo sumus neque vero istius stadii cursum complevimus, utpote longanimis, domine, umbra alarum tuarum nos protegens et ab omni operatione vis adversariae nos salvans dignosque fine  
 5 bono et christiano reddens, quod remissio eorum, quae stulte fecimus, penes te est, qui ad portum tranquillum quietis tuae perveniamus, dignos nos redde, ut etiam ob hoc aequae atque ob omnia collaudetur et laudibus efferatur nomen tuum omnino honorabile et benedictum cum (nomine) domini no-  
 10 stri Iesu Christi et Spiritus tui sancti.

Sicut Pax. Et cum spiritu <sup>1</sup>. *Sacerdos* frangit (hostiam) et signat (calicem hostia).

*Oratio τοῦ Pater noster, qui es in coelis*: Sancte sanctorum, qui in sanctis requiescis sanctosque perficis et ab-  
 15 solutos reddis, qui sancta vocatione nos omnes ad mirabilem lucem scientiae tuae vocavisti, qui adoptionis gratiam non ex operibus nostris, sed per fidem nobis praestitisti, dignos nos redde, qui cum corde puro et cum conscientia libera et labiis dolo vacuis te, pater, patrem nostrum vocemus et vanitatem  
 20 paganae et iudaicae garrulitatis abicientes voce humili, quaeque hominem Christianum decet, tibi secundum legem ab unigenito filio tuo latam supplicationem orationis emittere possimus et tam anima quam corpore sanctificati cum pulchra voluntate, quae filios, decet, et libertate sermonis et  
 25 caritate te increatum et ingenitum et immaculatum audeamus patrem coelestem vocare et orare et dicere: Pater noster, qui es in coelis. *Populus: Sanctificetur* <sup>2</sup>.

Utique, pater filiorum amans, ne nos induxeris in tentationem animae aut corporis neve contumaciae super nos

<sup>1</sup> *Sicut* (= ὡςπερ ἦν καὶ ἔστιν καὶ ἔσται εἰς γενεὰς γενεῶν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, die einzige Verwandtschaft unseres Textes mit specifisch ägyptischer Liturgie). *Pax vobis omnibus*. — *Et cum spiritu tuo*. — *Sit misericordia Dei magni et salvatoris nostri Iesu Christi cum omnibus vobis in saecula*. — *Et cum spiritu tuo*.

<sup>2</sup> Das Volk spricht den Text des Vaterunsers zu Ende.







potestatem dederis, sed serva nos ab operibus malis et a  
 cōgitationibus indecentibus et tentatorem a nobis repelle.  
 Compesce verò etiam motus, qui ex nobis et in nobis (ipsis  
 oriuntur), per Christum tuum cum quo benedictus es (una)  
 5 cum Spiritu tuo sancto.

*Sacerdos:* Pax. *Diaconus:* Domino capita nostra<sup>1</sup>.

*Sacerdos:* Cum cervicibus corporum etiam mentes nostras  
 inclinamus; dominationi tuae servitutem nostram ostendentes,  
 quae cuique utilia sunt, rogamus. Tu igitur, bone et amator  
 10 hominum, domine, a passionibus, quae urgent, libera nos et  
 omnem amoris peccati constantiam, scissiones, bella, opi-  
 niones haeretica pravitate plenas ab omni nostra ratione  
 agendi absterge et pro consolatoriae voluntatis tuae patientia  
 da nobis verò nunc quoque, domine, vim sapientiae et robur  
 15 prudentiae, ut sursum elatis mentibus donum in remissionem  
 peccatorum nostrorum (profecturum) suscipiamus ad  
 gloriam nominis tui et unigeniti Filii tui et Spiritus tui  
 sancti, boni. *Amen.*

Pax. *Et cum spiritu.* Sit. Cum timore. Sancta. *Unus*  
 20 *Pater sanctus.* *Stemus*<sup>2</sup>.

*Sacerdos:* Confitemur tibi, domine, quod dignos nos red-  
 didisti participando hoc cibo sancto. Da nobis verò, domine,  
 constanter comedere cibum duraturum in vitam aeternam,  
 ut nos omnes et semper..... cum conscientia pura, cum  
 25 corde mundo et cum fide aestimatione personarum vacua ve-  
 niam criminum, remissionem transgressionum, purgationem

<sup>1</sup> *Pax vobis omnibus.* — *Et cum spiritu tuo.* Es folgt: *Domino capita nostra inclinamus.* — *Coram te, domine.* (L. I. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλινώμεν. — Σοὶ κέριτε).

<sup>2</sup> *Pax vobis omnibus.* — *Et cum spiritu tuo.* — *Sit gratia vera et misericordia trinitatis sanctae et gloriosae et increatae, essentialis et aeternae, adorandae et consubstantialis cum omnibus vobis in saecula.* — *Amen.* — *Sancta sanctis et puris dari oportet.* — *Unus Pater sanctus, unus Filius sanctus, unus Spiritus sanctus.* — *Stemus pulchre.*







contumaciarum, com meatum vitae aeternae accipiamus per Christum Iesum dominum nostrum, per quem et cum quo.

*Sacerdos*: Pax. Et cum spiritu. Coram te<sup>1</sup>.

*Sacerdos*: Tibi, domine, vitam nostram committimus.  
<sup>5</sup> Custodi nos ab omnibus et semper et poenitentiam, quae ex oratione in nobis oritur, et vitam rectam largire nobis incolumes et illaesas, ut omni tempore et omni loco te respicientes, quaeque tibi placida tibi que cara sunt, agentes non confundamur in die iudicii, cum adstantibus angelis unigenitus Filius tuus iudicabit, cum quo te decet gloria et honor et potestas et Spiritum tuum omnino sanctum et bonum.

. . . . .

<sup>1</sup> *Pax vobis omnibus. — Et cum spiritu tuo. —* Sodann anscheinend die Aufforderung zur Hauptneigung in der nämlichen Form wie im Anfang der Anaphora und die Antwort des Volkes: *Coram te, domine.*

